

IN WIMPINAM.

EPIGRAMMA

N. REVSNERI.

AT te, Prædonefarie,
 Flagellum HunneDei; dedecus orbis, &
 Pestis Teutonia fera:
 Protantârabe, proq; tyrannide,
 Magnus fulmine Iuppiter
 Perdat: tot iugulas qui gladio viros:
 Tot qui pectora fæminis
 Immani laceras barbarâ ferus.
 Cladis nomen habet tua
 Vrbs Cornelia, quam Neccarus alluit:
 Pænatam miserabilis
 Testis, tamq; fere barbaria tua.
 Labes nominis hæctui,
 Hec probrū, hæc macula, hæc dedecus est tuū.

XXXV.

SCHVVEINFVRTVM.

SVEOFVRTVM, ciuitas imperij ad Mœnum flauium, in umbilico Franciæ Orientalis sita: SCHWEINFVRTVM à Suevorum vado siue transitu nomen ad epta (quasi Schwabenfurt) Sic enim & Francofurtum & Hassofurtum a Francorū & Hassorum transitu denominata sunt. Ciuitas vinearum & agrorum superbâ bonitate fructuumq; & pauciорū vbertate; ac præter alia decora molendino insigni XIV. rotarum celebris. Ea ante sexcētos annos & amplius